

1797.4.
10.
ORDINARIUS
SENIOR ET RELIQVI ASSESSORES
FACVLTATIS IVRIDICAE
LIPSIENSIS
EXAMEN
IVVENIS GENEROSISSIMI
IOANNIS CAROLI FRIDERICI
LIBERI BARONIS DE SPILLNER
LAUDABILITER SVPERATVM

P V B L I C E
TESTANTVR

I N E S T
Responfor. Iuris LXXIV.

ORDINARIA

SINOR ET RECOLA ASSISTORUM

PROTOMONACHIATRIBUS

PROTOMONACHIATRIBUS

E X A M E N

EXAMENIS GENITOSCIENS

JOANNES CLODUS FIDERICI

THEODORUS DE SPETHNER

LAVABRI TITILLI SATZATUM

CONTRARIO

TESTAMENTAR


TESTAMENTAR

TESTAMENTAR

RESPONS. LXXIV.

*Inter sortem Lebns - Stamm et illam Lebns Quantum quid
intersit, et quatenus neutram soluere liceat.*

Anceps ac dubia est significatio pecuniae feudalis, quae vocatur *Lehn - Stamm*. Quem ad modum enim communis loquendi visu sumimam pecuniae mutuam datam, sortem, *Stamm*, dicere et usurpis opponere solemus, non inepte vox *Lehn - Stamm*, notatur pecunia iure feudi, id est, repromissa fide vasallitica, per inuestitaram, ut quotannis legitimae usuriae percipientur, concessa, eademque eiusdem inuestiturae renouatione conseruanda. Vereque saepius eiusmodi sortes ita appellari, propter *L. Feud. nouiss. d. a. 1764. Tit. I. §. 14.* non est, quod dubitemus. Sed easdem passim alibi *Geld-Lehn* vocari intelligimus, ac dictione *Lehn - Stamm* potius insigniri pecuniam, ad remunerandum consensum in fundi feudalis alienationem, gentilibus iisdemque simul inuestitis in euentum defecturae masculae vasalli sobolis adscriptam, ut ipsi fundo, hypothecae propterea obligato, assentiente do-



mino directo, insit, vsurasque percipiat, qui, intermissa venditione, fundum habiturus fuisset.

Alius pecuniae feudalnis, quae audit *Lehns*. *Quantum*, intellectus, non aequa certus. *Nimirum Ordinat. Proc. Sax. Rec. Tic. XL. §. 3.* docemur, hanc vocem vnicce accipiedam esse de illa pretii fundi feudalnis parte, ad quam pacto vasallum et simultanea inuestitos intercedente horum ius succedendi restrictum est, eo, quod reliquum inest pretii, vasallo tanquam obiectum alienabile concessio.

Vt enim de hac re rite iudicemus, quae dominus ipsa simultanea inuestitura in eius compotes factos contulit iura, ab obligationibus, quas hi aduersus vasallum pacto suscepereunt, secernenda sunt, cum iisque concilianda. Receptio in manum communem, sive, quod idem est, simultanea inuestitura a domino feudi profecta simul inuestito ius tribuit, pendit a domino, vt, successione secundum feudi naturam in se deuoluta, sibi principalem inuestituram largiatur, seque adeo vasallum agnoscat. Simulque pactum, quod cum vasallo inierat, eundem obligat, vt successor, quem vasallus designauit, idem feudum a domino acceptum restituat, vel possidere et habere illud finat, nec non inuestituram ad eius numerum resignet, modo pecunia remunerandorum eiuscmodi factorum causa promissa sibi numeretur.

Communis igitur istiusmodi pactorum est finis, vt ius succedendi in fundum definita pecunia redimatur, simulque liberam super feudo disponendi vasallus copiam consequatur.

C. 111

tur. Tantum non eadem omnium perpetuitas, non idem
exitus.

Etenim quanquam feudorum, quae vasallo eiusque filiis
legitimis tribuuntur, quorumque, his extinctis, ad simul in-
vestitus successio deuoluitur, natura, propter hanc succeden-
ti rationem id simul secum fert, ut non, nisi consentientibus,
quorum interest, possint alienari, simul tamen, quod ipse le-
gislator in *d. L. Feud. Tit. VI. §. 3.* profitetur, inualuit, ut,
modo non apertuae proxima reperiantur, dominus rite im-
ploratus hanc veniam non deneget. Quamobrem, modo
simulinuestitis necessitas ad consentiendum imponatur, alien-
andi facultas, quam negotii feudalnis natura excludit, pacto
et consuetudine restituta appetat.

Quoniam vero alienatio feudi id simul efficit, ut inuesti-
turae nexus dissoluatur, adeoque simulinuestiti condominio
suo, et cum eo successione priuentur, pro diuersitate con-
ventionis, aut, quo ante venditionem potiti fuerant, iure
omnino excidunt, aut vasallo obligatio manet, pecuniam
in deuolutae successionis euentum promissam conseruandi, et
casu eueniente, hoc est, se mortuo, omniue mascula
prole sua extincta, relinquendi.

Illud frequentius obuenit, si feudo recens quaesito extra-
nei ob numerosam prolem ad inuestituram simultaneam ad-
mittuntur. Quod ea lege fieri solet, ut inuestiturea simulta-
neae acceptio et renouatio vasalli impensis fiat, ut simul inue-
stitis in euentum deuolutae successionis certa pecunia pro-

mittatur, qua accepta, cuius vasalli haeredi feudum a domino inuestitura principali sibi concessum restituant, vel possessum possidere permittant, et ut simul inuestiti cuius dispositioni inter viuos et mortis causa super feudo, oppignoratio sit, vel alienatio, qua non immediate successionis feudalnis devolutio impediatur, gratis assentiant. Re ita comparata, per quamlibet feudi deuolutionem eius generis, quae nouam inuestituram superinducit, pactum, quod vasallus et simul inuestiti inierant, exit.

Non aequa, si pecuniam loco fundi successioni feudalii surrogatam vasallus, in euentum extinctae suae prolii masculae, inuestitis nude promisit, ipse fundus beneficiarius familie seruatus, an perditus fuerit, vel, si pater, pluribus fundis relictis, filios sibi inuicem in hunc modum testamento obstrinxit. Qualia exempla in familiis nobilium passim obvia. Quo quidem facto, si feudum, cui eiusmodi obligationem vel pater testamento, vel vasallus et simul inuestiti conuentione adiecerunt, alienatur, ius constitutum non exspirat, vt aliam tantum naturam induat, quod feudale et reale adhuc fuerat, personale fiat, et, quanquam ex feudo originem dicit, in fideicommissum familie, qualia hodie ex conuentione non minus, quam ex testamento, nascuntur, transeat.

Scilicet, quamdui inuestituras nexus subsistit, inuestitura simultanea, quod scimus omnes, et quod eius synonimum, communis manus per se innuit, condominium utile tribuit, idemque sua natura vasallum alienandi facultate destituit. Ex quo

7

quo consequitur prono alueo, ut, si pacto succedendi ius,
quippe condomini effectus ex fundo in certam pretii partem
translatus, ad eamque adstrictus appareat, condoninium il-
lud ipsi fundo, cui pretium inest, nihilominus inhaerere de-
beat, donec definiti illius pretii numeratione fundus libere-
tur. Adeoque etiam consensus in venditionem optimo iure,
denegatur, vsque dum *hoc fiat*, vel, quoniam dies solutio-
nis, certe perceptionis usurarum extincta denum stirpe mas-
cula venit, vsque dum, numeratum iri, idonee caueatur.

Quāmuis Llator in d. §. 3. Tit. XL. Ordinat. Proc. Sax.
Recogn. huic sorti, appellationem *Lehn-Stamm* et *Lehns-Quantum* promiscue tribuat, ob eamque rem vitrumque nihil discri-
minis intercedere videri possit, mihi tamen hoc persuaderi, si
appfime loquendum est, non patior. Evidem, quamdui
sors, in euentum pacto expressum relinquenda, inest fundo
feudali, *ex quo* oritur, et quandiu simultanea inuestitura il-
lam tuerit, existimo, eam rectius dici *Lehns-Quantum*, quo-
niam haec vox ad integrum feudi pretium refertur, ut appar-
eat, ad illud coactum esse simultanea inuestitorum condomi-
nium, et contra, reliquum fundi pretium libero vasalli arbit-
rio receptum. Quod luculentius appetet, si vasallus oppi-
gnorandi eiusmodi fundi consilium capit. Etenim, si pa-
ctum, quo illud quantum feudale definitur, curiae feudali
innotuit, eidēque de vero fundi pretio constat, quoniam
moris est, non ultra dimidium pretii legitimi pignori conser-
tire, v. d. Leg. Feud. Tit. VI. §. 1, si vasallus dimidium pretii
sibi

sibi recepti oppignorando non egreditur, dominus inconsul-to simul in uestito hypothecae consentit, eamque ratam esse iubet. Contra, si secus,

Soluto vero per venditionem, aliamue in extraneum fundi deuolutionem, in uestiturae vinculo, partem pretii simultanea in uestitis debita successionis ergo conservandam, aptius nomihari duco *Lehn-Stanum*, quam *Lehn-Quantum*, vel fundi emtor illam in partem pretii non soluti suscepit, vel in aliud fundum fuerit translata. Quia, quod esse desit feudum, ad eius pretium referri nequit. Ut vel ob eandem causam ne quidem *Lehn-Stanum* alio, quam originis respectu, appellari patiatur pecunia nostra. Fiduciaria rectissime nominanda. Si feudi quidem imagine euanescente, coepit esse fideicommissum familiae, id est, agnatorum. Quorum ius succedendi in usurarum perceptione conspicuum, ut suo ordine procedat, appellatio *Lehn-Stanum* potissimum conduceit.

Quae hactenus disputauit, euincunt, sortem *Lehn-Stanum* proprie esse feudum pecuniarium. Sortem *Lehn-Quantum* inesse feudo, quoad successionem proprio, ac descendere ex pacto vasalli et simultanea uestitorum, quo id agitur, ut horum successio loco ipsius fundi ad definitam eius pretii partem redigatur: Denique, vendito eiusmodi fundo, seruanda huius pactitiae successionis ergo, iterum prodire pecuniam, quae improprie *Lehn-Stanum* vocatur.

Et

Et ex his simul consequitur, sortem *Lehn-Stamm* in sensu proprio inuestitura constitui, eius renouatione conseruari, verumque adeo per se feidum esse; Consequitur, pecuniam *Lehns*-*Quantum* ipso fundo feudali contineri, eadeoque non per se, sed per accidens feudale esse, eandemque ob causam simultaneam inuestitaram fundi ipsius eius condominium efficeret, idemque seruare; Consequitur, facta fundi alienatione, et per hanc rupta inuestiturae principalis simultaneaque vinculo, eiusdem pecuniae condominium exire; Consequitur, pecuniam ex pacto superstitem *Lehn-Stamm* in sensu impro prius feudalium non esse; Consequitur denique, vasallum, ut eandem futurae successioni ad modum feudalis conseruer, personaliter coiuictis obligari.

Quoniam vero, quod monii, et quod res ipsa demonstrat, ipsa feudi alienatione pecunia nostra fiduciariae naturam induit, et, qui restitutio nem expectat, iure suo cautionem postulat, tot. tit. D. ut legator. s. fideit. c. cau. consequitur, coiuictos, ut fundi feudalis alienationi consentiant, sub modo demum locupletis cautionis obligari, de pecunia pacto constituta casu eveniente praestanda, usurisque legitimis suo tempore exhibendis.

Positis his difficile non est intellectu, quid iudicauerimus de sequenti controuersia, ad nos propediem ferendae sententiae ergo dimissa.

Nobilis quidam vasallus fratri aliisque gentilibus simultaneo inuestitis pacto obstrictus, ut ipsius beneficij loco cer-

tam pecuniam feudali successioni asseruaret, ante aliquot annos vendiderat feudum, transalata simul illa parte pretii non soluti sub hypothecae et usurarum legitimarum lege in emtorem. Mortuo venditore eintor defuncti fratrem aggressus, ut residuum illud pretii reciperet, fundum ab hypothecae onere liberaret, caeterorumque agnatorum consensum procuraret, hoc consilium inire noletem actione ad haec directa convenerat.

Videbatur hoc suo iure facere, et pactum illud venditoris eiusque agnatorum, quia res inter alios acta aliis haud nocet, ad emtorem non pertinere. Ut adeo emtor pretii residuum, non sortem successioni, qualis in feudis obtinet, obnoxiam, debere existimandus esset. Accedebat, facultatem petendi illius residui vendori receptam ex instrumenti tabulis apparere, et iniquum videri, quod alteri pacientium licet, alteri negare.

Quemadmodum vero feudum, quoad successionem, proprium, inconsultis et inuitis simultanea inuitis, propter successionem feudi lege iis debitam, alienari nequit; Si ius succedendi ad certam pretii partem, quantitate expressam, pacto restrictum conspicimus, aequa minus partis illius alienatio inuitis iis subsistere potest. Quandoquidem obligatio rei imposta non potest non singulas illius partes attingere. Quod scrutitatis exemplum illustrat, quam individualiter esse scimus omnes. Ut, si emtor antecessoris sui obligationem illam adjuncto pignore non succepisset, aliquo modo, quippe translatione in aliud fundum, iusto simultaneo inuestitorum deside-

ratio satisfactum non apparuisset, ipsius domini consensu et confirmationem iudicialem expectare non licuisset.

Accedebat, rei qualitatem emtorem non latuisse, ut potius pretii residuam partem professus fuerit pecuniam ex feudo profectam, *Lehn-Stamm*, esse. Poterat itaque nosse ac debebat, eam non solius venditoris, omnium potius agnatorum esse, quotquot priori uestitura comprehensi fuerint, nec non ad eorum filios, et ex his posteros pertinere. Ut non iuuisset, venditorem ad accipendam pecuniam obligare, cui soli sine periculo iterandae numerationis pendi non potuisset. Ad solam danni ex debiti mansione forte profecturi reparationem potuisset obligari, quod, promissæ venditorem, ex instrumento venditionis non apparebat.

Quum itaque dubitatio nulla superesset, emtorem in se suscepisse debitum, quod ex feudali in fiduciarium familiae transferat, quamquam propter modum usurarum consuetudine diminutum omnino molestum erat, neminem ad illud recipiendum compellendum, adeoque ius agendi nullum esse, existimauimus.

His quidem sententiae verbis: *Daß Klägerin Suchen nicht statt hat, Es ist auch dieselbe die dadurch verursachten Prozeßkosten, Beklagtem zu erstatten verbunden. Adiecht, ratt. Dieweil die in Frage befangenen 6000fl. in einem gewesenen Lehns- Quanto bestehen, worunter diejenige Summe Geldes verstanden wird, auf welche das denen Mitbehaupten am Guthe selbst zugestandene Successions- Recht, durch deren mit dem Vasallen abgeschlossenen Vertrag eingeschränkt worden;*

B 2

Und

Und, wie in der Regel der Vasall das Guth selbst zu veräußern zum Nachtheil derer Mitbeliebten nicht vermag, durch einen dergleichen Vertrag das Lehn - Quantum, als der unveräußerliche Gegenstand, an des Guths, in dessen Werthe er begriffen ist, Stelle tritt; Auch, wie dieser Ursache wegen, der Verkäufer derer Güther H. und G. gedachtes Lehn - Quantum inne zu lassen verpflichtet gewesen, Klin, welche dießfalls in dessen Verbindlichkeit getreten, so lange noch jemand, dem das Successions - Recht darinne außer denjenigen, welcher die Zinssen davon zu beziehen hat, vorhanden, diese Summe Geldes abzutragen um so weniger vermag, je weniger der gegenwärtige percipient ohne Einwilligung aller Successions - Berechtigten solche an sich zu nehmen besugt ist, und, wenn er es thäte, dadurch Klin außer Verbindlichkeit gegen die übrigen im Stamme begriffenen zu setzen vermag; Wie denn auch, da eines jeden Compalcidenten aus dem Lehn - Vertrage erlangte Befugnisse für sich bestehen, keiner vom andern, etwas daran zu erlassen, verlangen kann; Woraus sich von selbst ergiebet, daß das Anfinnen an Beklagten, seiner Lehn Vetttern Einwilligung in die Rückzahlung des auf denen verkauften Güthern stehen gebliebenen Lehnstamms zu bewirken, eine nicht in dessen Mächten stehende Handlung, und eben deswegen unstatthaft seyn müsse; Daß vielmehr Klin, indem sie die ihrem Verkäufer gegen die im Lehn nexus gestandene Personen in Betreff des Lehnstamms obgelegene, in der Unveräußerlichkeit außer der Verzinnung bestandene Verbindlichkeit im Kause übernommen, die für sie daraus erwachsende Beschwerde sich selbst, und, daß sie Lehn - Rechtsverständigere zu Rathe zu ziehen unterlassen, beyzumessen, unmehr aber als eine unablehnbare Folge der einget.

eingegangenen und abgeschlossenen Kaufs anzusehen hat. Und da gewörtiges Suchen mit dem Kaufe, als ihrer eignen Handlung, im Widerspruche steht, es zugleich die Kosten-Erstattung nach sich ziehen müssen, so ist, w. i. u. e. v. u. b. e.

Inpletis his plagulis ad rem ipsam, ex qua haec scribendi
nactus sum opportunitatem, properandum est. Praebuit
hanc Generosissimus ac ornatissimus iuuensis

IOANNES CAROL. FRIDER. LIBER BARO
DE SPILLNER

qui vitae sua decursum his mihi verbis exhibuit

Natus sum Dresdae anno huius seculi septuagesimo se-
ptimo, patre Ioanne Georgio Libero Barone de Spillner,
confiliario intimo, secundae curiae collegii redditum
Principis Praefide, et matre Christiana Sophia e gente
Krezschmaria, quos optumos parentes ut summum Nu-
men superstites diu ac fospites seruet, submissis precibus
efflagito. Postea quam iis religionis et litterarum ele-
mentis, quae in aetatem puerilem cadere videntur, im-
butus fui, in addiscendis scientiis, quae ab humanitate de-

nominantur, proficere allaborauit, egregiis omnino ducibus in primis Witschelio et Weissio, quibus pro ea, qua in me fideliter instruendo vñ sunt, cura et solertia, gratum animum palam hic profiteor. Ita praeparatus, comite Huflio, de me bene merito, almam litterarum universitatem Lipsiensem petiti atque anno nonagesimo quarto ab Eccio, Academiae fasces tunc tenente, in numerum ciuium academicorum relatus fui. Praeter scholas philosophicas, Caesaris, Hindenburgii, Wielandi, frequentauit paelectiones Iurisconsultorum Rauii, Erhardi, Einerti, Hauboldi, Weissii atque Schneideri, quorum omnium erga me beniuolentiam et merita gratissima mente agnosco.

Stadium hoc Academicum emensus Collegium nostrum adiit, vt scrutinium, quod pro obtinendo Iuris Baccalaureatu audit, cum ipso susciperemus. Illudque tam composito sustinuit animo, et ad interrogations ex Iure Pontificio, Ciiali et Feudali sibi propositas tam apte respondit, vt elogium plane honorificum, omnino et pae caeteris digni ei tribuere non dubitauerimus.

Per-

Perillustri igitur Parenti filium ingenuum eximiis animi
dotibus instructum candido pectore gratulamur, a quo, si,
quam init viam, firmo progressu persecuturus est, quaevis
praeclera sperare liceat.

Scribeb. Domin. Palmar. A. C. MDCCXCVII.

LIPSIAE
EX OFFICINA SAALBACHIANA



98

1791
Hannover
Gesellschaft der Wissenschaften
der Naturwissenschaften und der Medizin
in Hannover
durch die Mitglieder der Gesellschaft
aus dem Jahre 1791
gegossen von der Firma
J. C. Hirsch & Sohn
in Hannover
1791

Die Gesellschaft der Wissenschaften und der Medizin
in Hannover

1791.


GESELLSCHAFT DER WISSENSCHAFTEN UND DER MEDIZIN



Leipzig, Diss., 1797
X 2309032

1797 4.

B.I.G.



ORDINARIUS
SENIOR ET RELIQVI ASSESSORES
FACVLTATIS IVRIDICAE
L I P S I E N S I S
E X A M E N
IVVENIS GENEROSISSIMI
IOANNIS CAROLI FRIDERICI
LIBERI BARONIS DE SPILLNER
LAUDABILITER SVPERATVM
P V B L I C E
TESTANTVR
IN E S T
Responso. Iuris LXXIV.